esse palam recepisti, Caeterum ad quaestionem, an quicquam eorum irritum haberi velles, an omnia probares quae profiteris, deliberationem petisti, quae nunc finem habet, Etiamsi iure impetrare non debueras longius cogitandi spacium, qui tanto tempore scivisti, ad quid vocareris, Et fidei negotium tam certum omnibus esse conveniebat, ut quisque quocunque tempore postulatus rationem eius certam et constantem reddere possit, nedum tu tantus et tam exercitatus Theologiae professor. Age tandem, responde Caesareae postulationi, cuius benignitatem in impetrando cogitandi spacio sensisti: Vis ne libros tuos agnitos omnes tueri? An vero quicquam retractare? Haec latine et germanice dixit Officialis, latine tamen virulentius quam germanice.

Respondit D. Martinus et ipse latine et germanice, quanquam suppliciter, tacite ac modeste, non tamen sine Christiana animositate et constantia et ita quod cupierunt adversarii orationem et animum abiectiorem. Sed multo cupidissime expectarunt revocationem, cuius spem ex petito deliberandi spacio nonnullam conceperunt.

DICTIO D. MARTINI LVTHERI
coram Caesare Carolo et Principibus
Vuormaciae feria quinta post Misericordia Domini.

1 quidquam Witt. Ien. Erl. 3 etiam si FG 4 ad quod FG 7 tam] am FG Age, tandem responde E Witt. Ien. Erl. 8 spacio, pensisti ius, ne FG 9 quidquam Witt. Ien. Erl. 10 latine tamen virulentius quam germanice fehlt Witt. Ien. Erl. 11 Doctor Martinus Ien. Erl. ac germanice FG 12 tacite] non clamose Witt. Ien. Erl. animositate et constantia] superbia FG 13 et ita, ut Witt. Ien. Erl. cupierint FG Witt. Ien. Erl. 14 spem expetito E Witt. Ien. Erl. 15 conceperant Witt. Ien. Erl. 16—18 DICTIO bis Domini] Responsio D. Martini Lutheri ad questionem de recantando sibi propositam FG Sic autem respondit: Witt. Ien. Erl.

A1] ad satisfaciendum omni poscenti rationem de ea que in eis est fide et spe, sacra tamen et invicta Maiestas pro ingenita sua lenitate et clementia tibi deliberationem permisit et hunc diem et horam ad illam declarandam prestituit et prefinivit. Itaque expectant caesarea Maiestas et universi imperii ordines attente illam audituri.

Ad hec Martinus omnium primum, ut se de iusticie et veritatis causa dicentem benigne audiant, precatur, deinde veniam prefatus, si quem minus honorifico titulo appellasset, aut si quid in aulicos peccaret mores, id homini monastico, non regiis aulis sed coenobiorum latebris et angulis versato condonarent. Subsequenter ad articulos interrogatorios caesareae Maiestatis nomine ei propositos cum quibusdam longioribus digressionibus respondit, quam responsionem, cum dudum preconceperit et in scriptis redegerit, eiusque michi copia facta sit, ad verbum huic instrumento inserendam duxi:

21 ad fehlt

IHESVS.

Serenissime D. Imperator, Illustrissimi Principes, clementissimi domini, ad praefixum mihi hesterno vesperi terminum obediens compareo per misericordiam dei obsecrans, Serenissima maiestas vestra dominacionesque vestrae Illustrissimae dignentur caussam hanc (ut spero) iustitiae et veritatis clementer audire, atque si per imperitiam meam vel dignos titulos cuiquam non dedero vel quocunque modo in mores gestusque aulicos peccavero, benigniter ignoscere ut homini non in aulis sed in angulis monachorum versato, qui nihil aliud de me testari possum quam ea simplicitate animi hactenus me docuisse et scripsisse, ut tantum gloriam dei et sinceram fidelium Christi institutionem spectarem.

Serenissime Imperator, Illustrissimi Principes, ad duos illos articulos heri per S. Maiestatem vestram mihi propositos, scilicet an libellos recensitos et nomine meo evulgatos agnoscerem meos et in his defendendis perseverare aut revocare velim, dedi paratum et planum meum responsum super articulo priore, in quo adhuc persisto persistamque in eternum: esse videlicet eos libros meos meoque nomine a me evulgatos, Nisi forte interim acciderit, ut emulorum vel astutia vel sapientia importuna quicquam in illis mutatum aut depravate exceptum sit. Nam aliud plane non agnosco, nisi quod meum solius est et a me solo scriptum citra omnem cuiusvis industriae interpretationem.

Ad alterum vero reponsurus rogo, S. Maiestas vestra et dominationes vestrae dignentur animum advertere, libros meos non esse omnes eiusdem generis.

---

1 IHESUS C Ihesus Al IHESVS D, fehlt ABEFG Witt. Ien. Erl. [Wahrſcheinlich hat Luther dies Wort, wie er es damals Briefen und anderen Schriftſtücken vorzuſetzen pflegte, auch hier in ſeiner Aufzeichnung der Rede gehabt, aber im mündlichen Vortrag nicht gebraucht.] 2 domine imperator BCDAl DN. Imperator FG P. Imperator E Illustrissime Principes D 3 ad praefixum bis terminum fehlt FG michi C Msc. Al obediens compareo] omnibus compares A 3/4 per dei misericordiam obsecrans serenissimam M. V. B 5 illustrissime DAl dignetur FG uti spero BCD Msc Al 6 cuique Msc Al 7 quocumque CAl 8 sed angulis CDAl 9 nichil C Msc 10 me fehlt B tantam Al Christi fidelium Al 12 illustrissimique EFG Msc Witt. Ien. Erl. 13 S.] sacram B Sacratissimam CDAl serenissimam Witt. Ien. Erl. michi C Msc Al praepositos B scilicet] Sed FG 14 divulgatos B agnoscam E perseverate E 15 plenum D meum fehlt ACDAl 16 priori CD 17 a me fehlt FG vulgatos B 18 astuta FG quidquam Witt. Ien. Erl. in ullis C 19 depravato Msc excerptum DEFG Msc Witt. Ien. Erl. plane fehlt Al 19/20 mei solius E Witt. Ien. Erl. 20 omnis E Witt. Ien. Erl. omnes FG cuiusvis] criminis CDAl 22 responsum A Sere. M. V. B Sacratissimam Maiestatem vestram CD Sere: Ma: vestra Msc sereniss. Maiest: vestra Witt. serenissima Maiestas vestra Ien. Erl. sacratissima Maiestas vestra Al 22/23 dominationes vestrae] d. vestrae AE Du. vestrae FG nur &c. B dominationes vestras Al 23 dignetur B animum advertere] animadvertere CD Msc Al misericorditer advertere B omnes fehlt AC 23/24 eiusdem farine et generis Al

Sunt enim aliqui, in quibus pietatem fidei et morum adeo simpliciter et euangelice tractavi, ut ipsimet adversarii cogantur eos confiteri utiles, innoxios et plane dignos lectione Christiana. Sed et Bulla, quamquam seva et crudelis, aliquot meos libros innoxios facit, licet et hos damnet, iuditio prorsus monstrifico. Si itaque hos revocare inciperem, obsecro, quid facerem, nisi quod unus ex omnibus mortalibus eam veritatem damnarem, quam amici et inimici pariter confitentur, Solus omnium confessioni concordi reluctatus?

Alterum genus est, quod in Papatum resque Papistarum invehitur tanquam in eos, qui suis et doctrinis et exemplis pessimis orbem Christianum utroque malo et spiritus vastaverint et corporis. Nam id neque negare neque dissimulare quisquam potest, cum experiencia omnium et universorum querimonia testes sint, per leges Papae et doctrinas hominum conscientias fidelium miserrime esse illaqueatas, vexatas et excarnificatas, tum res et substantias, praesertim in hac inclita Germaniae natione, incredibili tyrannide devoratas devorarique ad huc sine fine indignisque modis, et suis met decretis ipsi cavent (ut distin. 9. et 25. q. 1. et 2.), ut Papae leges et doctrinae euangelio aut patrum sententiis contrariae pro erroneis et reprobis habeantur. Si igitur et hos revocavero, nihil aliud praestitero quam ut tyrannidi robur adiecero et tantae impietati iam non fenestras sed valvas aperuero grassaturae lacius et liberius quam hactenus unquam ausa fuerit, et fiet meae huius revocationis testimonio licenciosissimae et impunitissimae nequiciae illorum regnum misero vulgo longe intollerabilissimum et tamen roboratum ac stabilitum, praesertim si iactatum fuerit, id a me factum auctoritate S. Maiestatis vestrae

---

1 pietati fidei D causam pietatis fidei Al sinceriter B 1/2 simpliciter bis confiteri fehlt Witt. 2 coguntur A cogentur C 2/3 innoxios] maximos A et innoxios B 3 ut plane B quanquam DEFG Witt. Ien. Erl. quandoque B 3 4 seva, crudelis A Msc seria et crudelis Al 5 itaque et hos Al 7 reluctans B Msc 8 resque] et doctrinam Witt. Ien. Erl. 9 suis doctrinis CDAl pessime CDAl 10 et spiritus vastaverunt et corporis A vastaverint (vastaverit Al) et spiritus et corporis BCDAl et spiritus et corporis vastaverint EFG Msc Witt. Ien. Erl. id neqne negari CDAl neque negare id Witt. Ien. Erl. 11 dissimulari CDAl dissimilare B quisque D 11 12 querimoniae A queremonia Al 12 et leges hominum Al 13 tum] tam BAl res, substantias D 14 hac fehlt B incredibile Witt. in credibili C devoratos Msc 15 devoraturique A Hinter fine ein Komma und vor et suis met kein Zeichen A, an beiden Stellen kein Zeichen C et suis met] Cum tamen suismet Witt. Ien. Erl. decretis] fehlt E legibus Witt. Ien. Erl. ipse E canent A cantat E caveant Witt. Ien. Erl. 16 „9. 25." Msc doctrinas AEFG Msc 17 contrarias AEFG Msc reprobris B 18 et hoc Msc nichil Msc robor DAl adiero C 19 fenestras modo sed et valvas BCDAl Grassatur B 20/21 liberius bis testimonio fehlt B meae huius] iure huius CDFG Msc Al in re huius E huius meae Witt. Ien. Erl. 21 licensiosissime et impunitissime ABAl licenciosissimae et impunitissimae CD licentiosissimae impunissimaeque E licentiosissime impunitissimae FG licentiosissimum impunitissimumque Witt. Ien. Erl. illorum fehlt B Regum D 22 longe fehlt C in tollerabilissimum C et tam CD Al et tum B et stabilitum BCDE Al Witt. Ien. Erl. 23 autoritate E Witt. Ien. Erl. S.] sanctae B Sacrae CD Al Serenissimae E Witt. Ien. Erl.

serenissimae totiusque Romani imperii. Quantum ego, (deus bone) tum fuero operculum nequiciae et tyrannidis!

Tertium genus eorum est, quos in aliquot privatos et singulares (ut vocant) personas scripsi, eos scilicet, qui et tyrannidem Romanam tueri et pietatem a me doctam labefactare moliti sunt. In hos confiteor me fuisse acerbiorem quam pro religione aut professione: Neque enim me sanctum aliquem facio, neque de vita mea, sed de doctrina Christi disputo. Nec hos revocare integrum est mihi, quod ea revocatione iterum futurum sit, ut tyrannis et impietas meo patrocinio regnent et seviant in populum dei violentius quam unquam regnaverint.

Tamen quia homo sum et non deus, alio patrocinio meis libellis adesse non possum quam ipse dominus meus Iesus Christus affuit suae doctrinae,
Joh. 18, 19 ff. qui cum coram Anna de sua doctrina fuisset interrogatus et alapam a ministro accepisset, dixit: 'Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo'. Si dominus ipse, qui sciebat sese errare non posse, non tamen detrectat testimonium adversus suam doctrinam audire, etiam a vilissimo servo, quanto magis ego fex, non nisi errare potens, debeo expetere et exspectare, si quis testimonium reddere velit adversus meam doctrinam! Itaque rogo per misericordiam dei, S. Maiestas vestra, Illustrissimae dominationes, aut quicunque tandem, vel summus vel infimus, possit, reddat testimonium, convincat errores, superet scripturis propheticis et Euangelicis: paratissimus enim ero, si edoctus fuero, quemcunque errorem revocare, eroque primus qui libellos meos in ignem proiiciam.

Ex his arbitror liquidum fieri, me satis curasse et ponderasse discrimina et pericula seu studia et dissensiones meae doctrinae occasione in orbe

---

1 serenissimae] serenissimi EFG Serenissimique Msc fehlt Witt. Ien. Erl. totiusque] totius Msc bone deus BCDAl 2 tyrannidis] iniquitatis E 3 Tertius Al aliquos Witt. Ien. Erl. privatas et singulares (ut vocant) personas CDAl singulares et privatas quasdam personas B 4 scripsi fehlt B eas scilicet quae BCDAl eos sed qui FG et vor tyrannidem fehlt AB 5 labefactari B molitae B In has Msc 6 acerbioram C aut] et BCD Msc Al professione] professione christiana B professione deceat E Witt. Ien. Erl. Nec enim B 7 neque hos CDAl Witt. Ien. Erl. 8 michi C Msc Al quid ea C quum ea Al iterum fehlt CDAl 9 et servant D 11 patricinio Al libellis meis BCD Msc Al 12 possim A Ihesus BE Msc Al Witt. Ien. Christus fehlt B 13 quam cum Al Hanna Witt. Ien. Erl. de doctrina sua rogatus fuisset B 14 accepit FG 14/15 Hinter de malo noch: si autem bene, quid me cedis? CDAl [ſicher ſpäterer Zuſatz] 15 se errare BCDAl tamen] tantum A, fehlt Witt. Ien. 16 detractat Msc detrectavit E Witt. Ien. Erl. 17 Quantum magis CDAl foex B 18 exspectare A Erl. 19 S.] sancta B Sacratissima CDAl Sere. Msc serenissima Ien. Erl. Maiestas] M. B Msc Illustrissimaeque D Msc Witt. Ien. Erl. 19/20 dominationes vestre aut BCD Msc Al Witt. Ien. Erl. 20 quicumque Al quicquam D tandem] tum B 21 convincatque Msc aut euangelicis C doctus C 22 quecunque DE quemcumque CAl 23 sermones meos B 24 Ex iis AE iurasse D discrimina, pericula B 25 seu studia fehlt B dissentiones CDGAl dissectiones B

excitata, de quibus heri graviter et fortiter admonitus fui. mihi plane omnium iucundissima facies ista in rebus est videre, ob verbum dei studia et dissensiones fieri. Is enim est verbi dei cursus, casus et eventus, sicut dicit: 'Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem adversus patrem suum &c.' Proinde cogitandum nobis est, quam deus noster sit mirabilis et terribilis in consiliis suis, ne forte id quod pro sedandis studiis tentatur, si a damnato verbo dei exordiamur, vergat potius in intollerabilium malorum diluvium, et curandum sit, ne adolescentis huius optimi Principis Caroli (in quo post deum multa spes est) infelix, inauspicatum fiat imperium. Possem locupletibus exemplis scripturae de Pharaone, rege Babilonis et regibus Israel rem declarare, qui tum sese maxime perdiderunt, cum sapientissimis consiliis sua regna pacificare et stabilire studuerunt. Ipse est enim qui comprehendit astutos in astutia sua et subvertit montes, antequam cognoscant. Itaque timore dei opus est. Non hec dico, quod opus sit mea vel doctrina vel monitione tantis verticibus, sed quod obsequium meae Germaniae debitum subtrahere non debuerim. Et his me S. Maiestati vestrae dominacionibusque vestris commendo humiliter rogans, ne paciantur studiis adversariorum me sine causa sibi reddi invisum.

Matth. 10, 34 f.

Hiob 5, 13. 9, 5.

Dixi.

His dictis Orator Imperii increpabundo similis dixit, me non ad rem

1 Michi C Msc plane omnino omnium Msc 2 iocundissima CDAl ista fehlt B 2/3 dissentiones CDGAl 3 dei] rei D Nam dicit E Witt. Ien. Erl. 4/5 veni enim bis suum &c. fehlt und dafür ſteht Mathei 10. B seperare [ſo!] hominem Msc hominem seperare [ſo!] CAl hominem separare D 5 suum] filium E, fehlt Witt. Ien. Erl. Proinde vobis cogitandum est Msc quomodo deus Msc quod Deus Witt. Ien. Erl. vester sit Msc. 6 conciliis A quod sedandis studiis B quod post, tantis studiis E quod post dandis studiis FG quod tantis studiis Witt. Ien. Erl. 7 dei fehlt B exordiatur B vergat postea potius Witt. Ien. Erl. poti C in intollerabilem AFG in intollerabile CDEAl Witt. Ien. Erl. 8 et curandum] et quod cavendum Witt. Ien. Erl. sit fehlt B ne] ne sic B adulescentis FG 9 in quo multa post deum spes est B infelix et inauspicatum Witt. Ien. Erl. 10 locupletis B locupletius E Witt. Ien. Erl. Pharone rege A Varrone Regi CD 11 Ishrael B Israhel CD Msc Al tum] cum C cum] tantum A 12 et stabilire fehlt Al Ipse enim est BCD Msc Al 13 astutos et astutia sua subvertit A astutos in sua astutia et subvertit CDAl 14 cognoscat FG timere E Witt. Ien. Erl. Non hoc Msc quod fehlt C 14/15 mea doctrina B 15 admonitione Witt. Ien. Erl. 16 debitae C ex his A Et iis B S.] fehlt A Serenissimae B Witt. Ien. Erl. sacrae CDAl Maiestati] M. A Msc 17 vestris Illustrissimis commendo CDAl ne] me C patiatur E 18 reddi iniusum Msc 20 increpanti B me] mea Al eum Witt. Ien. Erl.

[Luthers kurzem Bericht über die Antwort des Officials, ſchließend mit an velim revocare vel non (oben 837, 1,2) folgt bei Aleander ein ausführlicherer:]

Al] Quibus per Luterum utcumque dictis praefatus notarius ad caesaree sacre Maiestatis nutum ita exorsus est:

Iure te beatum hac parte existimare potes, Lutere, quod tibi coram

respondisse, nec debere in questionem vocari, que olim in Conciliis essent

1 nec] neque B Nec iam Msc deberi B in fehlt CD questionem] dubium EFG vocare Al concilio B

Al] tam clementi imperatore dicendum fuit, qui longe tam maiore modestia dicentem te audiverit, quam tu ipse dixeris, quem enim aequis aut pronis auribus piissimum principem ea, que vehementiori spiritu et acerbius quam religionem et professionem tuam decet in pontificem maximum invectus es, audivisse credis? Vide, quam in te nullus sit modus, quam temperantia quamve modestia in te desideretur. Quod autem pro deliberatione tua, quam dicturus eras: vellene libros quos pro tuis agnovisti et contenta in eisdem retractare et revocare, conquereris iniquius tecum agi, si omnes simul et indistincte revocare artareris, cum non omnes sint eiusdem farine et generis, sed trifarie eos partiris, esse enim nonnullos, in quibus et morum et fidei materiam simpliciter adeo et sincere euangeliceque tractaveris, ut vel ab inimicis innoxii habeantur, quin et bulla apostolica, alioquin seva et crudelis, aliquot eorum extra noxam ponat. Si illos revocares, nihil aliud ageres quam ut ea damnares, que amici iuxta et inimici approbarunt. Alios eius generis esse, quibus in papam resque papistarum, ut dicis, inveheris illorumque mores, vitia, abusus, tyrannidem et id genus alia carpis, neque hos tibi revocare integrum esse, ne tyrannidi robur adiecisse videaris. Tertium esse eorum, que in nonnullos tyrannidem Romanam defendere et pias doctrinas tuas labefactare molientes scripsisti, hinc inde in altercationibus consistentia. Que si revocares, fieret, ut tuo patrocinio tyrannis Romana violentius regnaret quam unquam antea regnaverit.

Non his, Martine, dogmata tua et libros sufficienter distinxisti, Cum illa, que post summi pontificis sententiam edideris, longe magis detestanda sint et execranda quam priora, que merito damnanda scripseras, utpote reprobatas olim hereses Iohannis Huysz catholicas esse veritates asserentia et auctoritatem omnem pariter et maiestatem conciliorum poenitus succidentia et enervantia. Neque his sufficienter ad interrogata mea respondisti: esto enim, sint aliqui tuorum librorum tales, qui noxa careant, quod tamen non concedimus, tolle infecta et venenata dogmata, tolle impia, tolle hereses et heresum favores, tolle catholicam fidem ledentia: de sanis nihil erit periculi. Caesarea sacra Maiestas clementissime cum illis agendum, neque proba una cum improbis, si sententiam mutaveris, perdenda et abolenda apud summum pontificem procurabit. Si vero in notoriis tuis erroribus et heresibus pervicaciter, ut coepisti, inseverare perges, indubie, ut omnis tua e medio tollatur memoria, et sana et insana omnia cum auctore suo damnabuntur. Nec hoc

16 diceris 17 abissus 21 violentius] inpotentius (vgl. aber S. 834, Z. 10) 26 catholicos esse veritatis 27 auctoritate

damnata et diffinita: ideo a me peti simplex, non cornutum responsum, an velim revocare vel non.

---

1 definita BEFG Msc. Witt. Ien. Erl. ideo] Igitur B a me] ab eo Witt. Ien. Erl. simplex et non Witt. Ien. Erl. curvatum responsum A 2 velit Witt. Ien. Erl.

A1] novum est aut inauditum, quum Arrianorum et Montanorum, Photinianorum, item Nestorianorum et Euthichianorum et aliorum hereticorum libros pia et catholica multa continentes religiosa exusserit antiquitas. Nulla enim est ad fallendum efficacior doctrina quam que multis veris pauca falsa misceat.

Qui autem postremo te eo recipis et confugis Martine, quo omnes heretici se recipere et confugere consueverunt, paratum scilicet esse te, cum homo sis, qui labi et falli possis, a quocumque summo vel infimo ex sacris litteris informationem recipere, neminem tamen hactenus fuisse qui id facere temptasset, equum putarem, quod dicis, si non omnes heretici idem semper factitassent, et si non, quemadmodum et ipsi, tu pro arbitrio et tui capitis motu sacras litteras intellectas esse velis, sique novarum tantum heresum et non iam dudum condemnatarum assertor accessisses: plurima enim eorum, que adducis, Pegardorum sunt, Waldensium sunt, Pauperum de Lugduno sunt, Wicleff et Huysz et aliorum iam dudum sinodaliter explose hereses. Ista ne refricare in questionem et disputationem trahere oportet, que ecclesia catholica iudicialiter determinavit, que in usus, ritus et observantias transierunt, que patres nostri certa fide tenuerunt, pro quibus nulla non poenarum genera, nulla non tormenta pertulissent, immo mille mortes ritius subiissent quam quaqua versus ab illis declinassent, et tu nos a semita, qua patres nostri fideliter incesserunt, vis deorbitare?

Quid haec audientes dicent Iudei, quid Turce, quid Saraceni et alie secte fidei nostre adversantes? Quam solverentur in cachinos, quam subsannarent, nunc primum Christianos disputare nos, an hactenus recte crediderimus! Noli queso, Martine, noli tibi arrogare, quod tu sis, tu inquam unus et solus sis, qui scientiam scripturarum habeas, qui verum sacre scripture sensum teneas, quem sacratissimi doctores, in explanatione scripturarum diebus sudantes et noctibus, magno labore et studio consecuti sunt. Ne iuditium tuum tot clarissimis viris preposueris, ne tibi plus omnibus sapere videaris, ne sanctissimam fidem orthodoxam in dubium revocaveris, quam Christus perfectissimus legislator instituit, apostoli per orbem terrarum divulgaverunt, miracula elucidaverunt, martires rubenti sanguine confirmarunt, quam deinde sacri doctores prophetarum obscura disserentes et tam novi quam veteris instrumenti revelantes maxima sacramenta perque rationes cum hereticis disceptantes diffuseque elicuerunt, quam sacrorum conciliorum

---

36 diffusique

Hic ego.

Quando ergo S. Maiestas vestra dominationesque vestrae simplex responsum petunt, dabo illud neque cornutum neque dentatum in hunc modum: Nisi convictus fuero testimoniis scripturarum aut ratione evidente (nam neque Papae neque conciliis solis credo, cum constet eos et errasse sepius et sibiipsis contradixisse), victus sum scripturis a me adductis et capta conscientia in verbis dei, revocare neque possum nec volo quicquam, cum contra conscientiam agere neque tutum neque integrum sit.

Ich kan nicht anderſt, hie ſtehe ich, Got helff mir, Amen.[1]

[2]Orationem hanc a Doctore Martino habitam in consultationem deduxere

1 Hic ego] Hic Lutherus Witt. Ien. Erl. Ad hec Martinus Al 2 Quoniam ergo C Cum ergo D ergo fehlt B S.] Serenissima B Witt. Ien. Erl. Sacratissima CDAl Maiestas] M. AFG Msc dominationesque] d. que A, D. que Msc 3 petivit A illud neque curvatum A 4 testimonio B evidenti BCD Msc Al 5 constat Msc eos fehlt CD Al et vor errasse fehlt BEG Witt. Ien. Erl. 6 sibipsis Msc victus sum] evictus sim Msc et victus sim Al aductis Msc edoctis BAl 6/7 et capta] captaque est Witt. Ien. Erl. 7 neque volo BCDEFGAl Witt. Ien. Erl. quidquam Witt. Ieu. Erl. quicquid Al 8 conscientias EFG neque tutum sit neque integrum Witt. Ien. Erl. sit fehlt E 9 „Ich kan nicht anderſt, hie ſtehe ich," fehlt BCDEFG Msc Al „Hie ſtehe ich, ich kan nicht anders," Witt. Ien. Erl. GOTT HELF MIR ARMEN. Amen. E 10 Doctore fehlt FG deduxerunt Witt. Ien. Erl.

[1]) Über dieſe vielumſtrittenen Worte vgl. jetzt auch RA 555 f. Anm. [2]) Inhaltlich ſteht der Abſchnitt von hier bis S. 839 Z. 28 dem Nachtrag Luthers zu ſeiner Rede gleich; die darauf noch vorgefallene Antwort Ecks und Gegenantwort Luthers iſt in Luthers Aufzeichnung unbeachtet geblieben. Mit Recht ſagt Köſtlin, Luthers Rede ꝛc. S. 27 f.: „Offenbar hat der Redakteur der Acta hier an jenes Stück [Luthers Nachtrag] einfach ein anderweitiges Referat über die ſämmtlichen Reden angehängt, die auf Luthers erſte große Antwort am 18. April folgten, während eine korrekte Erzählung den Inhalt dieſes Referats bis zum epiphonema vielmehr in den Inhalt jenes Stücks hineinverarbeiten müßte."

Al] determinatio roboravit, et quod per doctores erat doctrinaliter discussum, ecclesia sententialiter diffinivit, in qua patres et maiores nostri confidenter mortui sunt et tanquam hereditatem in nos transmiserunt, de qua tam pontifitio quam caesaris iure disputare prohibemur, et cum apud multos rationandi et altercandi non sit finis, utraque censura in eos, qui proterva temeritate ecclesiae nollent determinatione subiacere, poenae prodite sunt et promulgate.

Reliqua per te dicta, Martine, brevitati studens, tanquam huic negotio non congruentia de industria pretereo.

Nihil est ergo, Martine, quod disputationem eorum expectes, que certa et explicita fide credere teneris. Quamobrem eadem sepius inculcanda et repetenda puto, ut sincere et candide, non ambigue, non cornute respondeas, an libros tuos et errores inibi contentos abs te disseminatos revocare et retractare velis, necne. [Hier folgt in Aleanders Bericht die Antwort Luthers in dem Wortlaut, der ſich aus den zu 838, 1—9 mitgetheilten Lesarten (Al) ergiebt.]

18 brevitate

Principes. Examinatam convellere coepit Officialis Treverensis hoc pacto: Inmodestius tu, Martine, respondisti quam tuam personam deceat et adeo non ad propositum. Libros varie partiris, verum ita, ut ad interrogationem nihil faciant omnia. Quod si eos recantasses, in quibus errorum tuorum magna pars est, haud dubie Caesarea Maiestas ex ingenita clementia reliquorum, qui boni sunt, persecutionem non toleraret. Atqui tu quae universale Constantiense concilium damnavit, ex universa Germanica natione congregatum, resuscitas et per scripturam vinci vis. In quo vehementer delyras. Quid enim attinet novam disputationem celebrare de rebus per tot saecula ab Ecclesia et Concilio condemnatis? Nisi forte cuivis de quocunque reddenda ratio est. Quod si semel pervicerit, ut scripturis convincendus sit, quicunque Conciliis et Ecclesiae sensis contradicit, nihil habebimus in Christianitate certum vel determinatum. Et haec caussa est, ob quam Caesarea Maiestas a te petit responsum simplex ac planum, aut negativum aut affirmativum: Num vis omnia tua pro catholicis tueri? An vero quicquam ex eis revocare?

Sed nihilo secius rogavit Doctor Martinus, ne se contra conscientiam a sanctis scripturis captam et impeditam sine contradicentium manifestariis argumentis ad revocandum cogi pateretur Caesarea Maiestas. Responsum, quod petitur non cornutum, simplex ac rectum, non aliud habere quam quod iam ante quoque dedisset: nisi sufficientibus argumentis conscientiam ab illis, quos ipsi vocant, erroribus captam explicarent adversarii, nec se posse ex retibus abire, quibus esset involutus. Non protinus vera esse, quaecunque Concilia statuerunt, imo erraverunt Concilia et sibiipsis saepe contraria definierunt. Propterea non valere contradicentium argumentum. Se posse ostendere, quod Concilia erraverunt: revocare non posse, quod sedulo proclamaret scriptura. Cui epiphonematis loco adiecit: DEVS ADIVVET ME.

Ad quae nihil est responsum ab Officiali nisi paucissimis, quod ostendi non possit, Concilium errasse. Martinus vero se posse ac velle promisit.

1 Terverensis E Trevirensis Erl. 2 Inmodestius FG Witt. Ien. Erl. 6 At tu FG 8 convinci FG 10 damnatis FG 10,11 de quocunque ratio reddenda est Witt. Ien. Erl. 12 sensis] sententiis FG 13 est fehlt FG 16 quidquam Witt. Ien. Erl. 17 Sed et nihilo seeius [ſo] E] Ibi Witt. Ien. Erl. D. Martinus FG 20 simplex] sed simplex Witt. Ien. Erl. et rectum, Neque se aliud Witt. Ien. Erl. haberet FG 21 iam fehlt Witt. Ien. Erl. 24 errasse Witt. Ien. Erl. persaepe FG 25 definiverunt FG definiisse Witt. Ien. Erl. 27 sedulo palam expressum sit in Scriptura Witt. Ien. Erl. 27 28 Von Cui bis ADIVVET ME fehlt Witt. Ien. Erl. 29 quod] videlicet, quod Witt. Ien. Erl. 30 Martinus] Doctor Martinus Witt. Ien. Erl. vero ostendere se posse Witt. Ien. Erl.

Al] Quo responso per Luterum dato memoratus notarius, omnibus iam pre turba et calore lassatis, discedere parantibus, paucis pro temporis angustia inclamavit: Depone conscientiam, Martine, quam deponere teneris, quia

66

D. Martin Luthers Werke.

Kritiſche Geſammtausgabe.

7. Band.

44504/99

Weimar
Hermann Böhlaus Nachfolger
1897.